

ART.XXI. 700 DE CAUSA PECCATI.

97. *Quam impietatem declinaturus Marcion, in parem incidit impietatem, duo fingens principia, sive duos DEOS, unde in creatione omnia, ac sic peccatum quoque ortum suum acceperint, teste Augustino de hæresibus.*

98. *Cui blasphemie subscripsérunt Manichæi, qui duos etiam DEOS, bonum atque malum, sunt commenti, quorum ille ex materia bonâ bonum: hic ex malâ malum quodvis produxerit: ut testatur unanimis consensus historiae Ecclesiastice.*

99. *Quam ad errantium classem referendâ sunt etiam Calvinistarum meteorołoyia, & Astrologorum prognosticationes genethliacæ & judicariæ, Deum peccati autorem baud obscurè constituentes.*

100. *Cum enim, quicquid agunt astra, id ex DEO conditore habeant: sanè consequens fuerit, quocunque tandem modo syderum motus & influentia, malarum actionum causa esse dicatur: eodem modo Deum, quippe qui has vires istas indidit, earundem autorem & causam primam constituì.*



DISPV